

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Abstinencia ag  
cum uariis

Nichil sic iocundum est ut cibus bene digestus ac decoctus, nichil sic ad salutem, nichil sic sensuum acumen operatur, nichil sic egritudinem fugat, ut moderata refectio. Sufficiencia quippe cum nutrimento et sospitate simul eciam procreat uoluptatem, exundancia uero morbum facit et molestias ingerit et egritudines generat. Quod enim facit fames, hoc eciam facit plenitudo ciborum magis autem peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert hominem et liberat ex hac uita penali, excessus uero ciborum consumit et computrescere facit corpus humanum et macerat egritudine diurna et tunc eum morte crudeli consumit.

Chrysostomus super Hebreo sermone XXIX.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Abstinencia ag] Abstinencia ad P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; enim] eciam P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; computrescere] putrescere P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; crudeli] credeli (*cor. infra*) B; super Hebreo] super epistola ad Hebreos V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>